



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Christo, qui in paupere conquestus est Conuerso, se fuisse percussum,
cap. 29.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

crabili culpa, post breue tempus valde terribiliter re-
 uiuiscere cœpit in vindicta. Nam Damiatianos, vt pe-
 na concordaret illatæ iniuriæ, vlcibus percussit in
 gutture, sic vt etiam cibaria non possent glutire, pau-
 lo p̄st, ciuitatem ipsam inexpugnabilem eis abstulit
 sua virtute, ita vt nec vnus in eius vastatione caderet
 Christianus. Alia adhuc plura miracula de sacris ima-
 ginibus tibi dicere possem, sed vsque ad decimam di-
 stinctionem illa referuabo. Hoc etiam scias, quod vs-
 que hodie Christus in suis membris crucifigatur, nunc
 à Iudæis, nunc à Saracenis, nunc à falsis Christianis.

Mala. 3. Vnde per Malachiam conqueritur, dicens: Si homo
 configit Deum, quia vos configitis me. Item, Et me
 vos configitis gens tota. Christianos nostris tempo-
 ribus à Iudæis esse crucifixos audiui; à Christianis a-
 liquem ad literam esse crucifixum nondum audiui,
 quosdam à Saracenis nuper fuisse crucifixos intellexi.

CAPVT XXVIII.

SVpradieta Diamata, cùm per obsidionem mul-
 tum esset arctata, quidam ex paganis occultè
 exeuntes de ciuitate, tum vt Christiani fierent,
 tum vt mortem euaderent, ad nostros confugere cœ-
 perunt, quos Saraceni insequentes, & comprehen-
 dentes, reduxerunt, singulisque crucibus singulos ap-
 pendentibus, ad cõfusionem Christianorum supra mu-
 ros omnes suspenderunt. APOLLONIVS: Quid sentien-
 dum est de istis? CÆSARIVS: Si fidem stiebant, & in
 fide timore pœnarum non nutabant, haud dubium
 quin martyres sint. Non solum ab infidelibus Chri-
 stus martyrizatur, sed etiam à malis Christianis per
 pauperum injurias quotidie configitur & flagellatur.

CAPVT XXIX.

*Christi
 pati in
 pauperi-
 bus, dum
 à diviti-
 bus af-
 figuntur.*

NON est diu quòd quidam pauper, nescio qua
 impellente necessitate, loqui volens Henrico
 duci Louanij, qui adhuc superest, presentiam
 illius adire tentauit; cui cùm vnus camerariorum in-
 dignatus, scapulis eum impelleret, & passim baculo
 cederet sine misericordia, Conuersus quidam ordinis
 nostri

nostri hoc vidit, & ingemuit; compassus illi etiam vique ad lachrymas. Subsequenti nocte Saluator ei in somnis apprensus super altare, in gloria magna, ait: Gratias tibi quod heri tantum mihi compassus es, quando camerarius ducis tam immisereticorditer, sine causa, sustigauit me. Ad quam vocem Conuersus euigilans, intellexit quod Christus adhuc in suis membris pateretur. APOLLONIUS: Dic quæso, estne adhuc aliqua alia forma despecta, in qua Christus mortalibus dignetur apparere? CÆSARIUS: Etiam; tanta est humilitas in Christo, ut aliquando sub figuris infirmorum, aliquando, quod est amplius, species leproforum assumens, nobis appareat. Si primum verum non esset, nequaquam diceret in Euangelio: Infirmus fui, & visitastis me. De secundo dicit Isaias; Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, &c. Licet in dialogo S. Gregorij & in aliis locis de his plura occurrant exempla; non tamen, quia ita promissum est, tibi dicere licet nisi noua, id est nostris temporibus gesta.

Mat. 25.

Isaia 53.

CAPVT XXX.

Henricus Contractus Claraualis monachus, *Christi* cuius memini in distinctione prima cap. 10. *sius apud* qui ante paucos annos defunctus est, in eadē *parietem in* domo quandoque infirmarius fuit; hic cum tempore *specie in* quodam haberet magnum infirmum, iam morti proximum, & nocte surgens ad signum marinarum, cum eundem infirmum considerasset, sperans illum posse durare, chorum, ex hoc securior, intrauit; in quo dum sedendo modicum quid dormitasset, ecce Saluator in figura infirmi adfuit, & super pectus eius se reclinans requieuit. Henricus verò de hoc territus, cum surgere vellet, Dominus eum compescuit, dicens: Bone Henrice, sine me quiescere. Ad quod verbum expergefactus, mox recordatus est infirmi sui, & surgens atque in infirmarium festinans, illum agonizantem reperit, quem cum ad terram deponere vellet, super pectus eius in modum visionis exspirauit. Quod autem Do-

H h 3

minus